



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

ii [i.e. i]. Ens acceptum nominaliter est quid aptum existere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

DISSERTATIO PRIMA

De Natura & proprietatibus
entis.

Ens reale acceptum participaliter, seu
 ad significans tempus, est idem,
 quod actu existens; acceptum no-
 minaliter, seu pro ut abstrahit à statu actualis
 existentiae & purae possibilitatis, est quid ap-
 tum existere, sive cui ab intrinseco non repu-
 gnat existere, id est, inter cuius praedicata est
 talis connexio, ut si ponatur, aut poni cõcipia-
 tur extra causas, unius praedicati existentia, nõ
 destruat existentiam alterius, sive ex quorum
 praedicatorũ productione non sequatur rem
 eandem esse, & non esse. Et hic conceptus
 praecisus est perfectè à substãtia & accidente,
 Deo & creaturis; exprimit enim, in quo
 conveniant omnia, non exprimendo, in quo
 disconveniant, dumquẽ occurrit, vi illius,
 praecisè ignoro, an illud aptum existere sit
 substantia, an accidens, imò scire possum,
 quid sit aptum existere, absquẽ eo, quòd in-
 telligam, quid sit substantia vel accidens.

Potest

Potest item sub reduplicatione negari de inferioribus & dici: V. G. *ens ut ens non est substantia*, non minus, quam dici possit: *animal ut animal non est rationale seu homo*. Est itaq; ens prius Deo prioritate logica, & simplicius hoc sensu: conceptus entis est abstractior & confusior, quam cōceptus Dei. Ex eo autem, quòd detur, ens non posse esse extra conceptum inferiorum, sive inferiora, vel etiam inferiorum differentias, non posse intentionaliter separari ab ente, malè infertur; ergo neq; inferiora possunt esse extra conceptum formale entis, vel: ergo neq; ens potest intentionaliter separari ab inferioribus; sicut ex eo, quòd animal non possit esse extra conceptum hominis, non sequitur: ergo nec homo est extra conceptum formalem animalis. Nequè mirum est, duo posse se sic habere quò ad inclusionem & exclusionem, quæ non fit, nisi per conceptus, ut licet unum ab alio excludatur formaliter, non tamen vicissim illud excludat formaliter, ut patet in cognitione relativorum quorundam; sic enim nequit cognosci unio, quin formaliter eadem cognitione cognoscantur ejus termini, possunt tamen hi secundum se cognosci, non cognita unione.

LI. 6.

II. Da-

MA
A
r, seu
lem,
no.
tralis
d ap-
epu-
a est
pia-
nò
im
rem
rus,
te,
uo-
uo-
ius,
sit:
m.
n-
s.
esti